Sic pater est hominis natura potencior arte
Et ruit in mortem quos sua causa petit
Est tibi nil melius igitur quam prouidus vtsim
Prospiciens mortem que tibi finis erit
Semper mentis ades accedis ad vltima vite
Nec scis quo fine quando vel illud erit
Esto longa via restantque dies tibi pauca
Curvat iter mundi qui sibi sumit onus

Hic loquitur qualiter homo qui minor mundus dicitur a mundo secundum corpus in mortem transibit et sicut ipse corporis sui peccato huius mundi corrupcionis dum viuit causat euentum ita in corpore mortuus postea putredinis sub ire corrupcionem cogetur. Et primo dicit de mortali corporis corrupcione secundum Superbiam

Capm iii
·II·

O tibi quid dices cum non mouet aura capillos
Arent et fauces nec via vocis inest
Et color in vultu sine sanguine [illegible] mestis
Sunt nimium gelida ossa madere nequit
Atque per interius cum dura lingua palato
Congelat et pulsum vena mouere negat
Nec flecti ceruix nec brachia plectere quicquid
Possunt nec passus pes valet ire suos
Quid modo respondet homo mortuus ille superbus
Dicat nunc quid ei gloria vana dabit
Cuius enim nuper alios qui despiciebat
Corporis erat nimium nunc perit omnis honor
Et quam se corpus dudum tollebat in altum
Vermibus esca modo subditur ipsa caro
Non modo palpebra quasi designando leuantur
Nec manus in longum planat vtrumque situs
Quas vires habuit mortalis vis superauit
Et nimie spirat fortior ense sua
Et decor aut species nuper florebat in illo
Eius turpedo nunc fugat omne pecus
Et fuerat sapiens modo differt a sapiente
Est sibi conclusum quo nichil ipse sapit
Que magis in studio peciit subtilia longo
Mors ea dissoluit de breuitate cito
Artibus in variis fuerat licet ipse peritus
Iam cecidit prudens artis in arte sua
Desunt ingenii vires sine nunc racione
Mors ruit in vacuum que racionis erant
Littera quem docuit magis est indoctus asello
Decreti nec remanet vox vel vnus apex
Non sibi mortalis presumpcio iudicat vllos
Se neque iudicare mortem causa sinit
Qui solet exposuit fine virtutis honorem
Tollere nunc monstrat quid sit ipse palam

Nil sibi preter genera singulorum noverat olim
Confert qui multo mortuus ore silet
Organa nulla sibi nota vel citharista placuerunt
Quos perit auditus musica nulla placet
Nil valet ingenuus corporis coluisse per artes
Cum modo nature perdidit omne decus
Nil vestis pompa nichil quit ascensus equorum
Corpus iam rigidum magnificare queunt
Nil sibi prestat domus aut servientium famulorum
Nunc fetens in populo nemo salutat eum
Nunc serpens famulis pueris que vermibus aula
Nunc loco thalami terra caverna datur
Sic quia nuper eum fallebat gloria vana
Nunc sibi nil remanet unde superbus erit

Hic loquitur de corporis mortui corrupcione secundum invidiam — Cap. iii F.

Hic per invidiam qui roserat ore canino
Jam canis aut vermis rodere debet eum
Alterius famam spernens que leserat olim
Ammodo corrupta lingua dolosa tacet
Alterius dampna risit quoque prospera flevit
Nunc ridere nequit ore carente labris
Amplius cor plenum nunc modo fit putrefactum
Et via iam rupta cordis ad ima patet
Jam nequit ambicio sua postponere summum
Nec preferre suum qui sine laude iacet
Tunc fel sub mente contentus nunc consumitur ipse
Quos sine mente caro nil simulare potest
Amplius invidie mens ignea plena veneno
Livoris stimulo pungere quemque nequit

Hic loquitur de corporis mortui corrupcione secundum iram — Cap. iii FI

Horrida viventem quem nuper terruit ira
Amplius impaciens non movet ille caput
Sive sua dudum qui victos agitabat
Minis ad interitum non habet ipse soni
Super singultis nequit amplius esse sinistro
Nove vocis ipse tacet nisi restituitur ei
Qui terrere solet inopem terrore minarum
Contra vermiculum iam valet ipse nichil
Non sinus ad bellum furor ammodo provocat ipsum
Qui neque cum vermis federa pacis habet
Eius enim gladius iam non erit ense timendus
Qui patitur vermem sed lacerare sinum
Corporis ex odio non inficit racionem
Ammodo similis qui racione caret

Hic loquitur de corporis mortui corrupcione secundum avariciam — Cap. iii FII

Quem avaricia nuper modo prestitit amaro
Sola sibi structa lignea cista manet
Terra sibi fuerat nimis quesita habere

Septem vix pedes non magis unde tenet
Qui dudum fuerat raptor predonus alieni
Ipsum nunc predam mors quasi predo rapit
Qui nuper famus tenuit sua tecta lucris
Nunc capitur techa quo removere nequit
Vinaris mustelis vivunt et arcus illas
Servabat set nunc dissipat alter opes
Que quasi sine carens fuerat possessio larga
Transit et subito nulla remansit ei
Gaudet enim coniux sponsi novitate secundi
Nec sibi est meminens anterioris heri
Inmemor et pris letatur filius heres
Nec sibi qui moritur unus amicus adest
Sic qui res rebus agros et agris sociavit
Dummodo de questis fert nichil ipse suis
Abstulit una dies quicquid sibi contulit annus
Et labor a longo tempore cassus abit
Pauperibus bursam qui clauserat indiget ille
Nec valet argenti copia tota sibi
Nil dolus aut furtum nil circumvencio corporis
Jam neque prurit falsa cupido iuvat

Cap. XIIII. Hic loquitur de corporis mortui corrupcione scilicet accidiam.

Amplius accidiam sibi qui fuit accidiosus
Corporis ad placitum membra fovere negat
Desidiis hic sompnis nunc sompnit habunde
De longo sompno quo vigilare nequit
Mollia qui dudum quesivit stramina lecto
Anguibus aspersa frigida terra subest
Qua qui peciit nuper fugiendo labores
Nunc nichil est quod agat unde mereret opem
Et dixisse bonum potuisset iam sola multa
Nescit enim dominum quo magis ipse sapit
Quid sit de rerum principio valet ipse dicere
Perdita iam flere temporis longa nimis
Nuper in ecclesia rogitarunt raro set inde
Jam nequit auferri nil tamen ipse rogat
Semina qui parce sparsit parce metet ipse
Quod nuper potuit dum modo quando nequit.

Cap. XIIII. Hic loquitur de corporis mortui corrupcione scilicet Gulam.

Nil gula que dudum fuerat sibi continuata
Amplius in ventre set nec in ore placet
Viscera que pressa fuerant gravitate ciborum
Evacuata modo nil retinere queunt
Distruunt species et dulcia vina bibebat
Horum semper loco serpens nuper sua
Eius in umbiculo sua que pinguedo latebat
Jam latitat serpens qui sua crassa vorat
Olla sui ventris que parturit ebrietatem

Rumpitur et fuso gutturis unda tenet
Esca sibi tardum revolvens nichil omnino confert
Occupat eum ulcera feda putredo situs
Crapula que nuper ventrem multa subivit
Iam rupto stomacho sentit in ore nichil
Hic loquitur de corporis mortui corruptione contra luxuriam .. Cap. iii

Qui luxurie vicium tam dulce putabat
Iam sugget serpens membra pudenda sua xv.
Amplius incestus non curat ille libidinari
Nec virtus in tam feda placere valet
Non valet ex oculis visum stimulare procacem
Provocet ut fatuum quo magis ipsa fluet
Carmen compositum veneris sermone dolosum
Cum incantamentis omnino nulla iuvant
Est sibi nil cantus nichil aut pectore coreis
Nam sibi guttur abest pes neque substat ei
Non facit incestum neque virginitatis honorem
Mortuus in carne iam violare potest
Est modo putredo quicquid fuit ante voluptas
Et calor in cunctis frigescente gelu
Fit quod erat dulcium corpus nunc esse cadaver
Et redit in cinerem quod fuit ante cinis
Ex quo tractavit qualiter variis peccatis delicatis humanum corpus mortis putredine in hoc mundo consumitur, interrogat ulterius de homine peccatore quomodo mundi voluptates tam fallibiles in suum preiudicium ita ardenter sibi appetit et conspirat .. Cap. iii

Quid tibi responde fert quid tibi pompa superbe
Cum teret in terra membra putredo tua xvi.
Dic tibi tu serico gemmis vestitus et auro
Quid cum mors veniat gloria vana dabit
Quid victor gaudes hec te victoria linquet
Fit nisi quod vicit vincere bella queas
Quid tibi livor aget viventis filius Ethne
Cum mors corporis fibra solverit ipsa tua
Quid tibi sive furor aut ira valere putantur
Cumque furore nulla mors fugiet ipsa tibi
Tempora sive tua tibi quid dum ambiciosa
Cum mors sic perstans absque quiete nocens
1'' Quid tibi delicie poterunt conferre gulose
Cum morsus mortis fine plenus eris
Quid ve putas venus ipsa dabit tibi fine laboris
Cum calor in membris desinit esse tuus
Aurea quid prodest tibi dives pompa movere
Ultimus in terram finis utrumque dabit
Que tibi sollicitus longevus omnia annus
Cuncta simul rapiet hora repente brevis
Quid reges vincis quid sceptris regna tirannice
Est deus invictus qui tibi bella parat

Quid tibi fama volans honor aut quid comptus amictus
Omnis enim mundi gloria vana perit
Occupat extrema stultorum gaudia luctus
Et risum lacrimis plena dolore madet
Corporis in forma quid vel de stirpe superbis
Cum caro in cineres vermibus esca redis
Quid tibi si fortis poteris superare leones
Numquid te poterit inquietare pulex
Quid nisi stulticiam tibi fert sapiencia mundi
Ergo nichil sapiens quod sapit absque deo
Est tibi de limo formatum corpus inane
Privatur natura carnis ab omne malum
Incipit in luctu finitque dolore quid ergo
Queris ut hic tale glorificetur opus
Cum nichil ex mundo sit corpore glorificatum
Est tibi nil corpus glorificare tuum
Nil tibi plus remanet aut corporis aut tibi rerum
Sola nisi merita sint bona sive mala
Cum venit illa dies que nil nisi corporis huius
Ius habet inveniet tunc homo facta sua
Non hic inter locum valet ullus habere manentem
Mortis ad incertas transit in omne vias

Hic loquitur qualiter omnia mundi huius sicut vestimentum veterascunt / et quasi sompnus fera in ictu oculi clauduntur. Loquitur etiam in speciali de mortis memoria et eiusdem nominis significatione .. ..

Cap. iii
xvii

Omnia que citius oculi clauduntur in ictu
Et quasi per sompnum preterit omnis homo
Gaudia perpetuos pariunt mundana dolores
Tollit et eternum vivere vita brevis
Omnia que possunt mundi nulla videntur
Nec longum quicquid desinit esse reor
Dic quid honor quid opes quid gloria quid ve iuventus
Forma genus vires femina vestis ager
Gemma vel argentum quid sceptrum regni vel auri
Purpura quid latus fundus et ampla domus
Magna potencia multa sciencia vana voluptas
Vita quid est nisi corporis ipsa salus
Os caro mortalis tamquam vestis veterascit
Et celeri lapsu curva senecta venit
Ad nil semper minuuntur tempora vite
Quippe dies hominis fumus et umbra fugit
Ad sit vita brevis quod mors incerta quod omni
Tempore nos quevis causa molesta premit
Alterutrum poterunt homines exemplificari
Res etenim tales experimenta docent
Rex est quisque sui bene qui regit acta beatus
Qui regit acta male servus ineptus erit

Rex appellaris quid inani nomine gaudes
Aut vicijs pressus seruus vbique mero
Cur vicijs seruit qui regnis imperat et non
Mancipium vile corporis esse pudet
Cum vicijs sordes nil prodest fulgida vestis
Abstergit maculas purpura nulla tuas
Expediens igitur foret vt sic quisque viator
Cum leuius poterit exoneratus eat
Singula de nobis anni predantur euntes
Mors que superueniens prospera queque rapit
Regreditur cinis in cinerem resolutio carnis
Monstrat principij materiale situm
Fac deus hoc animo quod fiet in orbe futuro
Integra seu lesa quantaque qualis erit
Ista statuit homines mundo quod corpus in isto
Nil sibi perdurans vale carnis habet
Est caro corrupta viuens postea mortua cineris
Atque creaturis vile cadauer fiet
O speculum mortis quotquot speculantur in illo
Si bene se videant gloria nulla patet
Aduerse mortis sic ordo retrogradus extat
Vt statuit caudas ad caput esse pares
A morsu vetito mors dicitur omnia mordens
Nominis exponit significata sui
Rebus in incertis nichil est incertius hora
Mortis morte nichil certius esse potest
Dum minus esse putat hominem mors fallit et ipse
Cum magis est sanus clanculo cedit eum
Non erit astrologus medicus seu de medicina
Qui prolongatum possit habere diem
Sic homo sic animal pariter moriuntur et ambo
In terram redeunt conditione pari
Est nichil exceptum quicquid sit in orbe creatum
Sicut habet vitam constat habere necem
Clam veniens clandestinus mors furtiuis volat alis
Subuertens subito quod fuit ante recto
Prestat opes vires nichilat disiungit amicos
Cui nec resisti quomodocumque potest
Tollit agendi vires reddit tamen actibus ipsos
Compotus vt fiat iudicis ante pedes
Ille quidem iudex qui singula iudicat eque
Munera quem mundi flectere nulla queunt
Iudiciique sui capiet vir digna laboris
Premia pro meritis absque fauore suis

Hic loquitur quod quamuis iustus et iniustus vnus sit naturaliter interitus mors tamen iusti omnes et soluens miserias eius spiritum glorie reddit sempiterne ..

Cap^m xviii

Iustus et iniustus p(er) mortem transit utrumq(ue)
Terraq(ue) sorte pari corpus utrumq(ue) tegit
Disparilis meriti restat tamen exitus horum
Est nam sera bonis mors et amara malis
Est igitur felix homo qui vivens bene fecit
Quo moriens poterit sumere dona dei
Dona quidem celi quo gaudia cuncta refulgent
Quo sine tristicia vita perhennis erit
Mors aberit morbus labor hostis cura senectus
Non habet hec felix illa superna domus
Spiritibus summis equabit gratia regis
Pro quibus est ultro passus amara crucis
Hic est ille locus pacisq(ue) potentis honoris
Quo tenebre nulle quo sine nocte dies
Quo deus absterget lacrimarum fluctumq(ue) nec illic
Amplius aut clamor aut dolor ullus erit
Nec mors nec morbus sitis esuries nec egestas
Set neq(ue) tristis habet hunc habitare locum
Lux ibi continua pax iugis gloria perpes
Vita beata salus vera perhennis amor
Est ibi spesq(ue) fides bonitas laus gratia virtus
Sensus amor pietas gloria forma decus
Est sine sorde caro iuvenilis et absq(ue) senecta
Etas durare stat sine labe doli
Est pax absq(ue) metu honor omnis absq(ue) superbo
Absq(ue) labore quies absq(ue) dolore salus
Consummata manent ibi gaudia passio nulla
Est et ibi sic habet omne quod optat homo
Vita perhennis ibi viget et patet illa beata
Que super omne valet visio clara dei
Vis tibi describam paucis quid sit locus ille
Nullus est quam minimus dicere possit homo
Nullus est quam possit mentis ratione docere
Vel plus quam cordis cella tenere queat
Quam felix locus est quam digna laude colendus
In quo conveniunt gaudia cuncta simul
Sed quia non finis ibi glorie non ego possum
Finem condigne ponere laudis et
Hic erit angelicus cetus quem perdidit olim
Suppleto numero gloria plena suo
Hic erit humano generi laus summa resumpto
Corpore cum fuerit glorificata caro
Hic erit in domino cunctis gaudere per evum
Omnia cum fuerit omnibus ipse deus
Et sic mors iusti tollit sibi cuncta nociva
Corporis ac anime celica regna parit
Cum moritur iustus tunc vivens incipit esse
Hec mors vitalis que moriendo iuvat

Hec mors non oneri set plus conducit honori
Possidet in requiem mortuus vite decus

Hic loquitur de duplici morte peccatoris viri et quia corpus hic resolvitur alia et quia digno dei iudicio penis perpetuis anima cruciatur.

Capm ·IIII·

Heu nimis infelix qui se vivens male gessit
Quo gravius in morte pena vorabit eum
Mors etenim duplex hominum debetur iniquis
Est mors prima gravis altera feda magis
Prima necans corpus de mundo segregat illud
Nec valet ulterius que sibi ferre mali
Altera set gravior animam deducit ad ima
Reddit et hanc Sathane que solet esse dei
Ponit in ambiguum que sit mansura voluptas
Et fore dat certum penam per omnia adest
Pena quidem durans dolor omnis quo vegetabit
Quo semper moritur nec valet ipse mori
Non vox ulla valet miseris edicere penas
Quorum tormenta sanguinea fine carent
Hinc timor atque tremor labor et dolor inde sequuntur
Perpetue pene mors fiunt absque mori
Iugi morte mori sed iugi vivere morte
Nil differt dicas vivere sive mori
Heu mortem repeto totiens quam nil nisi mentis
Effigiem miseris inferet ille locus
Ille locus quem dira fames quem frigus et ardor
Quem tenebre quem nox noctis et umbra tegit
Vermis ibi mentes corrodit et ignis ad estu
Corpora consumet pena timenda nimis
Tortor ibi qui semper habet torquere nec umquam
Deficiet tortum torrida pena teret
Quicquid erat placitum carni subvertit omne
Quod fuit et dulce torquet amara lues
Quod fuerat pulcrum fedat turpissima forma
Quod fuerat summum pena resolvit opus
Quod fuerat forte nunc viribus expoliat
Est sapiens stultus est ibi dives inops
Quod fuerat luxus prius est ibi vermis et ignis
Fit gula que fuerat insaciata fames
Sunt tenebre visus pungens et scorpio tactus
Gressus et in laqueos mortis habebat iter
Aures torquentur strepitu fetoreque nares
Et que sunt pene gustus amara sapit
Est ibi fletus oculis dens stridens omneque membrum
Solvitur in luctum quo sine fine dolet
Quod fuerat vita mors est quod corpus et atque
Et fax comburens semper in igne coquit
Heu set ymago dei nuper tam pura creata
Illa dolens animam demonis instar habet

Cap[itulum] xviii

Justus et iniustus p[er] mortem transit utrique
Terraque sorte pari corpus utriusque tenet
Dispariles merita restat tamen exitus horum
Est nam leta bonis mors et amara malis
Est igitur felix homo qui vivens bene fecit
Quo moriens poterit sumere dona dei
Dona quidem celi quo gaudia cuncta refulgent
Quo sine tristicia vita perhennis erit
Mors aberit morbus labor hostis cura senectus
Non habet hec felix illa superna domus
Spiritibus summis equabit gratia regis
Pro quibus est ultro passus amara crucis
Hic est ille locus pacisque potentis honoris
Quo tenebre nulle quo sine nocte dies
Quo deus absterget lacrimam luctumque nec illic
Amplius aut clamor aut dolor ullus erit
Nec mors nec morbus sitis esuries nec egestas
Fur neque casus habet hunc habitare locum
Lux ibi continua pax magna gloria perpes
Vita beata salus vera perhennis amor
Est ibi spesque fides bonitas laus gratia virtus
Sensus amor pietas gloria forma decus
Est sine sorde caro iuvenilis et absque senecta
Stole sincere sunt sine labe dei
Est pax absque metu honor omnis absque superbo
Absque labore quies absque dolore salus
Consummata manent ibi gaudia passio nulla
Est et ibi sic habet omne quod optat homo
Vita perhennis ibi viget et patet illa beata
Que super omne valet visio clara dei
Vis tibi describam paucis quid sit locus ille
Nullus est qui quantus dicere possit homo
Nullus est qui possit mentis ratione docere
Vel plus quam cordis cella tenere queat
Quam felix locus est qui dignam laude colendus
In quo conveniunt gaudia cuncta simul
Sic quia non sunt ibi gloria non ego possum
Finem condigne ponere laudis ei
Hic erit angelica cetus quem perdit olim
Suppleto numero gloria plena suo
Hic erit humano generi laus summa resumpto
Corpore cum fuerit glorificata caro
Hic erit in domino cunctis gaudere per evum
Omnia cum fuerit omnibus ipse deus
Et sic mors iusti tollit sibi cuncta nociva
Corporis ac anime celica regna parat
Cum moritur iustus tunc vivens incipit esse
Hec mors vitalis que morientes iuvat

Non aurum abscondi valet in fimo set ad extra
Fferrugine et simulo quod videatur agit
Nec latet ypocrisis ita quod non se manifestat
Et sua quod virtus non viciata patet
Sepeque sub vicium vicii vult palliare glosam
Cum fuerit impaciens ira revelat eum
Mendaxque sui pietatis fallitur umbra
Tam cito cum gravius quis sibi ferre velis
Sic lupus agnelli tectus sub vellere dentes
Nudat et rabiem palliat operta malis
Sub vicii cura sic virtus victa laborat
Liber et a servo nil modo iuris habet
Ad placitum vicii lacerantur frena pudoris
Ut tollatur gravium moribus ire via
Sic ego concludo breviter virtus quod ubique
Subiacet et vicium semper priora tenet
Omnis et econtra fallit modo regula versa
Sunt et in orbe novo cuncta referta dolo

Hic loquitur adhuc ulterius de mutacionibus que in pedibus statue diversitate novissimis iam temporibus evenientes figurabantur. Dicit enim quod ea que inter condiciones humane virtuosa fuerant in suum modo contrarium singula convertuntur. Cap^m iii ·IIII·

Res fit avara modo dulcis fit dulcis amara
Affectusque fit pulsata deficit ordo quia
Fit fides nunc heresis fiunt peccataque mores
Fit dolus ingenium rapinaque precia lucrum
Fit sacer ordo vagus fingens ypocrita sanctus
Magniloquus sapiens stultus et ipse silens
Confessor mollis peccator fit recidiuus
Verba satis sancta facta set ipsa mala
Custodit vulpis modo pullos et lupus agnos
Hereses nostris ligantque sacra focis
Doctores vicia mercedia fiuntque prophete
Fabula sacra placet lacera sacra nichil
Displicet expediens doctrina set illa voluptatis
Dictorum veneris gaudet in aure satis
Nunc amor est lupus et adulterium modo nubit
Et nubet incestus nunc pudicia nichil
In vulgum clerus convertitur et modo vulgus
In formam cleri disputat alta dei
Nunc servi domini sunt et domini modo servi
Qui nichil et didicit omnia scire putat
Rusticus ingenui se moribus assimilari
Fingit et in veste dat sua signa fore
Sicque se miserum transfert generosus in illum
Vultque sui vicii rusticitate frui
Sic modus est pompa probitas mutatur viciis
Sancticitas lucrus vanus et absque deo

Nunc fautor scelerum specialis habetur et obstans
Asperius viciis est inimicus ei
Nunc magis est carus vir blandiens in aure pungens
Et duplex lingua rectior habetur ea
Nunc puer impubes sapiencior est Salomone
Regis in aspectu plusque Catone placet
Blandiciasque sue nunc gestant premia lingue
Quas mundi proceres magnificare vides
Absit honor cunctis nisi lingue que velut Echo
Auribus in regis consona verba sonat
Quod culpas culpat quod laudas laudat et ipse
Quod dicis dicit quod colis ipse colit
Ridet arridet flet flebit semper et equans
Imponet leges vultibus ipse suis
Premia iudicium Philemonis nulla meret
Sunt tamen hec verum sit quod ab ore refert
Quem prius insanum texit pastoria pellis
Iam subito blandi sublime verba regunt
Curia nulla suum veterem conseruat honorem
Urbs neque iusticiam terra nec vlla fidem
Sunt magis arma forum quam nobilitas quibus ille
Gracia sermonis nunc galeatus adest
Fusius vna talis nimis est communis eorum
Non honor est armis vt solet esse prius
Namque simplicis inops dum non habet unde superbe
Se regit ex precio viuit honorque suus
Debilitas regni surgit vires requiescunt
Sic paleis multas granaque pauca vides
Corda latent leporum panduntur et ora leonum
Aurea nunc verba plumbeus actus habet
Nunc que solent homines consumere tempus loquendo
Temporis sermone deficiente die
Et bona que regnum concernunt vilia
Disponens nimio posteriora sinunt
Flatus de verbis solis conuertitur in auras
Dicuntur facta que peragenda manent
Nunc aliena sibi vult regna superbia subdi
Cum vir in proprio stat seruitute solo
Bella volunt valide tollantur iurgia lingue
Pectoris set campis non mouet illa manus
Sub face guerre nos mittunt undique tempe
Vnusque suo nulla dampna suo
Libertas solita nuper modo fertur amara
Et magis ingrata condicione gemunt
Omnia pre manibus premittit premia seruus
Nec memoratur eo cum bene fecit homo
Nil veteris exemplo nunc regula sufficit vnico
Nam loco iuris animo velle reget

Est modo fel mellis et livor amoris ad instar
Amor patet exterius hoc nichil intus habet
Vox lenis illa Jacob Esau manus hispida nuper
Fallebant set ob hoc signa futura dabant
Antiquis versa ferunt modo iam hominibus ad annos
Cum probitas illic opus actis iniqua gerit
Cessit iusticia cessitque fides sociata
Fraus dolus atque simul iam subiere locum
Nunc socii simus socie velut organa plaudunt
Unus si prestet invidet alter ei
Ex dampno fratris frater sua commoda querit
Et soror ad lucrum raro sororis agit
Filius in matre iam sentit habere novercam
Sentit et hec natam plurima facta doli
Filia maternos actus detractat et ipsa
Mater iam natam spernit et odit eam
Filius ante diem patrios iam spectat in annos
Nec videt ex oculis ceca cupido suis
Et licet ipse parens natis nimius nimius ipse
Non est nec cordis viscera supplet eis
Nullus amor parcit cuiquam quem ledere possit
Amor mulieris viro tenerius esse negat
Plebs sine iure manet non est qui iura tuetur
Non est qui dicat vera tenere decet
Vivitur ex rapto vir hospes ab hospite tutus
Nec socer a genero fratrum valet ipse fidem
Tempore nunc plures odio remanente salutant
Tempus et ad dominum ruunt ita simul
Falsa movent animi facies crevit amorem
Oscula prebuerit os animus atque ferit
Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figure
Nec longum stabile quod bonitatis habent
Utque senes pueros sese renuunt in viridis
Nunc leo nunc arbor nunc erat hircus aper
Sic morbus ad presens hominum mutabilis extat
Nec scio quo possim firmus adire gradum
Vacca sit an taurus non est cognoscere protinus
Pars prior apparet posteriora latent
Sic prima facie non est cognoscere verbum
An nichil occultat pondera finis habet
Dum fueris felix plures numerabis amicos
Aspera si fuerint tempora solus eris no.
Ut lepus in varias fugiens se vertit in artes
Errat et in nulla sede moratur amor
Tempore cessit amor antiquo sed resolutus
Per vitam quo nunc progredimur habet
Illius amicicie quondam venerabile nomen
Cessit et in questu pro meretrice sedet

Orbis honorifica pruunt exempla prioris
Et nichil est de quo iam sit habenda fides
Nunc amor est solus nec scimit habere sodm
Fratres odioque tibi diligit ipse tuum
Sic est quod non est lepus et leporarius unus
Nescio quod video sum neque certus ego
Est omnium commune modo set amor quasi fenix
Per loca deserta solus in orbe latet
Est nocuum ferrum ferroque nocencius aurum
Cuius nunc bello sternitur omnis homo
Quis modo cuique animus mentem dextra sinistre
Dicam numquam homo credit et ipse sibi
Omnibus in causis ubi comoda sunt de voluptas
Nunc modus estque fides non habuisse fidem
Sicque pectus fuit duplex variata figura
Qui varios hominum fingunt in orbe dolos
Undique dampna fluunt que in isto tempore liber
Nescio paucitas quo fruitur ipse unus
Expers invidie paupertas sola manebit
Quam supplantare nullus in orbe studet
O miser et felix pauper qui liber ubique
Cum requie mentis absque pavore manes
O mundus inmundus dicunt o ve tibi mundus
Qui magis atque magis deteriora paris
Quis sibi sit mundus igitur que forma vel eius
Que vel condicio singula scire volo

Quia unusquisque ad presens de mundi fallaciis conqueritur
Intendit hic de statu et condicione mundi necnon et de miseria
condicionis humane tractare consequenter

Cap. iii
D.

Mundus enim sibi dat nomen set mundus haberi
Ex immundiciis de racione nequit
Sordibus est plenus vicior crimine plenus
Plenus peccatis plenus ubique dolis
Tempora mutantur mutantur condiciones
Mutaturque status nec manet ordo diu
Discite quam prope sit et quam vicina ruina
Talis enim nullum qui relevamen habet
Discite quod nichil est quamquam peritura voluptas
Possidet et falso vendicat esse suum
Vita quod est presens temptacio pugna molesta
Hic aries semper semper et hostis adest
Fit opibus guerra pax morbusque salutem
Minuit et corpus nostra senecta premit
Sicque perit placere pansarum gracia forme
Nullaque de nuptis que placuere manent
Iam gustata minus sapiunt vir senciet odores
Vix quosque clamosos percipit aure sonos
Caligant oculi de toto sola supersunt

Hic cutis et neruus ossa ligamina sunt
Estates odit hyemes et frigora culpat
Nec querulo possunt ulla placere seni
Frigore nunc nimio nimio nunc leditur estu
Et stabili numquam permanet ille statu
Nunc dolet aut ceruix aut forsan lingua ligatur
Splen tumet egrotat pulmo laborat epar
Cor marcet renes patiuntur soluitur aluus
Brachia uix possunt languida crura dolent
Longius in curis viciatum corpus amaris
Non patitur vires langor habere suas
Singula non paucis pars est obnoxia morbis
Et patet infelix ad mala totus homo
Innumerisque suis morbis confectus et annis
Conqueritur vite tempora longa sue
Omnis enim virtus qua corpus gaudet inane
Deficit et vario pressa dolore perit
Et sapiens marcet sapiencia morte recumbens
Diuicias ipsius nobiliore fluunt
Et probus expirat probitas et honestus honestas
Labitur et fortis fortia morte iacent
Sed cum te vicius vanum succumbere cernis
Miror te fortem dicas et esse putas
Bella libido mouet primus tu cedis ad ictus
Et tua das fesso colla premenda iugo
Sic et auaricie seruus sic moribus ire
Sic facis et ventris iussa pudenda gule
Sic viciumque tamen facientem cum mente reuoluis
Corporis et mundi singula vana fides
Si corpus penses ex omni parte videbis
Naturam fragilem que remanere nequit
Si mundum penses ex omni parte volutum
Rebus in incertis fraude videbis eum
Excessus aliquis deplorat grandine vites
Iste mari magno deperiisse rates
Istum luxuries illumque superbia vastat
Hunc et tristicie seua procella quatit
Et sic de variis mundus variatur et ipsum
Quem prius exaltat fatum ipse ruit
Labilis ille locus satis est et more fluentis
Et refluentis aque fluminis instar habet
Si cui blanditur fallit nec creditur illi
Eius quo dolens gaudia semper habent
Nichil in humanis semper quin desinat et sic
Ista nichil plenum fertile vita tenet
Quam prius in finem mundi deuenerit huius
Nulla potest certo munere vita frui
Si te nobilium prouexit sanguis auorum

ere
miseria

Hinc est quod doleas degenerare patres
Prospera si dederit tibi sors et sorte recedunt
Et mala successerunt deteriora tunc
Si tibi persuadet uxorem fama pudicam
Hanc etiam dolens fallere quoque solet
Sic gemit incestum corrumpere coniugis alter
Delusus falsa suspicione timet
Si quibus suspirat uxor vota tenebis
Perdere vel soli ne sit habenda tibi
Sic illam metuis ne quis corrumpat adulter
Et parit quorum non eris ipse pater
Si tamen illorum successit turba bonorum
Hinc iterum dolens mors tibi tollit eos
Et tibi diurne morientum familiaritur ad horam
Has ut plus doleas inferet vita dies
Tempora si vivendo protendit longa iuventus
Fallit et ut doleas Antropos occat eam
Si tibi prosperitate posset sapientia mentis
Ut merito doleas in Salomone vide
Si facies iuvenum rubicundo spersa calore
Splendeat hinc dolens curva senecta venit
Non habet hic requiem tua mens sed et intus et extra
Pressa cum multis irrequieta geris
Cum potes angustum tempus simplex quam ipse
Heu nimium tardo tempore rumpunt opus
Ultima qui vite peiora prioribus egit
Et perdit caucius qui melius emptor erit
Desinit homo iuvenis celeri pede labitur etas
Nec bona tam sequitur quam bona prima fuit
Non que preterit iterum revocabitur unda
Nec que preterit hora redire potest
Sive pueritas et eo procedunt tempora tarde
Et pagit lentus passibus annus iter
Accipitrem mentiens pennis neptemnibi alas
Audet ad humanos fessa venire simus
O venus in viciis Sathanas quem spectat in imis
Amor fugis et pro quo non venis ipse reo
Ecce senilis tempus tremulo venit horrida passu
Pulcher et etatis flos iuvenilis abit
Labitur occulte fallitque volubilis etas
Et celer annorum cursus ut umbra fugit
Nec quoque nec possunt que nos elementa vocamus
Summus gerunt varias diurnicam vices
Corpora vertuntur nec quod fuimus vel sumus nos
Cras erimus sed idem se nec tempus habet
Nil equidem durare potest formam sub eadem
Quicquid sibi quam unquis omne liquet
Terre firmum quod erat nunc est solidissima tellus

Quod fuit et tellus tunc maris unda tegit
Nunc fluit interdum suppressis fluminibus aer
Fons nec et ipse suum permanet ecce situ
Conteritur ferrum silices teruntur ab usu
Nunquam homo fragilis rumpitur ipse magis
Qui nunc sub phebo ducibusque palacia fulgent
Nuper aratoris pascua bobus erant
Nuper erant rura que nunc sunt castraque cuncti
Quo nunc sunt campi castra fuere prius
Frondibus ornabant que nunc capitolia gemmis
Pascebantque suas ipse senator oves
Et si regum loquar hominum sermo quam nulli
Principis imperium perstat in orbe diu
Hec que preteritum tempus dedit illa futuri
Post dabit estque novus nullus in orbe status
Vivere quis poterit ego presto quietus in orbe
Et quis non causis mille doloris habet
Quo se vertit homo dolor aut metus incutit ipsum
Excipitur nullus qui sit in orbe gradus
O quantos regum pacientur corda tumultus
Quique procellosis motibus ipsa fremunt
Inter regales epulas variosque paratus
Tabescunt vario sollicitata metu
Mille satellitibus cinctus telisque suorum
Non valet e trepido pellere corde metus
Sic mundana fluit de fraudibus omnia mundus
Possunt et nullo tempore munda fluent
Iste per antifrasim nomen sibi vendicat vnum
Quo nullo pacto participare potest

Hic loquitur de principio creacionis humane declarans enim qualiter mundus ad usum hominis et homo ad cultum dei creatus extitit · Ita quod si homo deum suum debite non colit mundus que sua sunt homini debita officia ulterius reddere non tenetur ..

Cap^m. iii.

Ore vera loquar quicquid sibi mundus iniquum
Gestat homo solus est magis ille reus
Scripta docent Genesis primo cum conditor orbem
Fecerat hec dicens ipse creavit adam
Nos faciamus ait hominem qui nos imitari
Possit et ut nobis serviat atque colat
Inspiremus ei sensum racionis amicum
Vim discernendi quis sit et unde venit
Inspiremus ei factoris cognicionem
Unde creatorem noscat ametque suum
Quis suus est auctor quis ei debet esse vel unde
Mundus eum sequitur et famulatur ei
Solus cernetur mentis secreta superne
Et perscrutetur singula solus homo

Singula struxerunt per quos sibi postulat usus
Utile vel credit quos de necesse putet
O sublime decus honor eximius deo actus
Ut sit homo terre tectus imago dei
Ut sit ad exemplum factoris fabrica facta
Resque creatori consimilata suo
Cetera queque deus solo sermone creavit
Hoc formavit opus appositisque manum
Terrula suscipitur formatur massa pusilla
Fit corpus solidum quod fuit ante solum
Ossa medullata nervis compegit in unum
Firmavit gressus compositique gradum
Hiis super induxit venas set sanguine plenas
Carnes vestivit pellibus atque pilis
Visceribus plenis fudit spiraculum vite
Ex quibus officiis singula membra vacant
Os loquitur manus exercet pes currit et aures
Auscultant oculis sidera solis habet
Vivificatur homo surgit factura biformis
Stat caro statque comes spiritus unus homo
Hec caro que carnis sunt sentit spiritus alta
Sidera suspirat et sua iura petit
Sic tunc formatus homo miratur seque suosque
Vestus et nescit quid sit et ad quid homo
Corporis officium miratur membra moveri
Artificesque manus articulosque pedum
Artus distendit dissolvit brachia palmis
Corporis attractat singula membra sui
In se quod cernit sese miratur et ipsam
Cuium gerit effigiem non videt esse suam
Miratur faciem terre variasque figuras
Et quia non novit nomina nescit eas
Erexit vultus os sublimavit in altum
Se rapit ad superos spiritus unde fuit
Miratur celi speciem formamque rotundam
Sidereos motus stelliferasque domos
Stat novus advenientis hospes secumque revolvit
Quis sibi que cernit corpora tanta dedit
Nominaque tamen illi natura ministravit
Ad sit homo quod sunt ista creata videt
Ad sit ad humanos usus hic conditus orbis
Ad sit ei proprius mundus et ipse dei
Ardet in auctoris illius sensus amorem
Iamque recognovit quid sit amare deum

Hic loquitur quod exquo creator omnium deus singulas huius mundi delicias usui subdidit humano dignum est quod statim homo delicias sensibilium corporis fruitur tam sobrius spiritu deo creatori suo gratuitum obsequium cum gratiarum actione toto corde rependat.

Et volüerv
Cu elemen
Omnis v
Auctor eun
Queque cre
Ut servir
Factorem
Erige sibi
Collige
Omnia su
Omnia re
Cui tibi
Cui pro
Cui dedit
Consilium
Dotes d
Fratos
Fieret
Et si n
Significa
Temporis
Qui tot
Ornavit
Esse ferv
In plan
plantq
Aug tuo
Respice
Quis ti
Arboribus
Floribus
Pre cun
Et de q
Cuin t
Est sens
Ge cap
Nomin
Cui tibi
Consorte
Te sibi
Dicere f
Consult
Et num
Celum
Fluribus

Cap^m
VII

Dic deum dic cuius pateris dic unus et alter
Dic tibi si desit gratia plena dei
Cuncta tuis pedibus subiecit ovesque bovesque
Et volucres celi pisciculosque maris
En elementa tibi sol aer sidera tellus
Fluctus unda maris cetera queque fluent
Auctor enim rerum sic res decrevit ut orbis
Queque creatura consequeretur eum
Ut serviret ei factura suumque vicissim
Factorem solum consequeretur homo
Erige sublime caput et circumspice mundum
Collige cuncta sue dant tibi queque manus
Omnia subiecta tibi sunt tibi cuncta ministrant
Omnia respondent obsequiumque parant
Qui tibi tanta dedit qui pro te tanta peregit
Qui pro te mundum duxit ad esse suum
Qui dedit ex nichilo cunctarum semina rerum
Confusumque chaos ordine stare suo
Dotes distribuens per partes quatuor equas
Iratos motus temperat arte sua
Sidere depingens celum septemque planetas
Et si vagantur ad sua puncta vocans
Signifer accessu solis signis duodenis
Tempora per totidem dat variare vices
Qui totum mundi postquam decreverit illum
Ornavit vario multiplicique bono
Esse feras silvis in montibus esse leones
In planis pecudes rupibus esse capras
Pluma tegit volucres et oves sua lana decorat
Inque tuos usus est tamen hoc quod habent
Respice delicias mundi quas flumina dotes
Quas tibi donat opes fluctus unda maris
Arboribusque sitis herbis radiatis ortos
Floribus et foliis fructiferisque bonis
Hic cunctis revolvit tua mens quem te quoque fecit
Et de quo nichilo traxit ad esse bonum
Nam tuus illius est spiritus et tuus eius
Est sensus racio de racione sua
Te caput esse dedit rerum rebusque locatis
Dominum te cunctis queque locare dedit
Qui tibi spem prolis dedit in mulieris amore
Consortemque parem coniugiique fidem
Te sibi pene parem fecit te pene secundum
Dicere si possem prestat esse deum
Convertit in celum sese tibi tradidit orbem
Et mundi tecum diminuant opes
Celum sole tibi sol lumine servit et aer
Flatibus unda cibis terraque mille bonis

...u° mundi
...mno delicias
...no gratum

Set quod es vnde tibi quod habes quis prebet vtrumque
Sponte fluat pietas dulcis et ampla dei
Cum tibi te tribuens sese promisit cop̄
Non habuit melius quod daret ipse deus
Nonne superbire quemcumque virum decet ergo
Contra maiestatem que dedit ipse deus
Celum decedit set et odit terra superbum
Solus et infernum fit locus aptus ei
Hoc etenim vicio tantum fuit et viciatum
Quod genitor primus protulit omne genus
In radice fuit omnis viciata propago
Cuius inmundum quicquid mundus habere nequit
Non fuit in mundo qui mundum mundificaret
Nec quod in hoc genere posset habere locum
Set pietate prius qui condidit omnia solus
Ipse reformauit et reparauit opus
Accepit serui formam seruosque redemit
Demonis et quos erat fecerat esse dei
Hunc igitur superest deuota mente sequaris
Atque tuum dominum confitearis eum
Preceptumque leue vetitum non tangere crimen
Si toto sequeris corde beatusque eris
Hic tractat qualiter sic dicitur minor mundus ita quod secundum hoc quod homo bene vel male agit mundus bonus vel malus per consequens existit.

Capm viii

O pietas domini qualisque potencia quanta
Gracia que tantum fecerit esse virum
Vir sapit angelicis cum sensibus vite supremum
Esse creatorem nouit in orbe deum
Sentit et audit homo gustat videt ambulat viuit
Nature speciem fert animalis homo
Cum tamen arboribus homo crescit et optinet esse
In sapiencium formam proprietate sua
Sic minor est mundus homo qui fert singula solus
Soli solus homo dat sacra vota deo
Est homo qui mundus de iure suo sibi mundi
Subdit et in melius dirigit unde status
Si tamen immundus est que sunt singula mundi
Ledit et in peius omne refundit opus
Vt viuit ipse suo proprio regit ordine mundi
Si bonus ipse bonum si malus ipse malum
Cum minor est mundus fert mundo maxima dampna
Et immundicie si cedit ipse reus
Cum minor est mundus si non mundana recedit
Cuncta suo mundi crimine lesa gemunt
Cum minor est mundus homo si colat omnipotentem
Rebus in humanis singula munda parit
Cum minor est mundus si iura dei meditetur
Grande sibi regnum possidet ipse poli

Non prosunt quicquam preciosa domus sepulchris
Torquent famosos tartara sepe reos
Sed preteritis pie rex memorare futura
Et reputa firmum quod sit in orbe nichil
Dumque tibi spacium vite conceditur huius
Semper ad omne bonum dum pariturus opus
Subditus esto deo si tu vis vincere mundum
Cui ipse servit optime regna regit
Hic loquitur qualiter rex in civitate dei et perpetuo vivens omni sapientia
cuius morte que nulli parcit regi omni se debet diligentia premunire .. Cap. xiii
Omnes de morte firmant natura timere
Sub cuius lege terminant omne genus
Doctus et indoctus pauper potens moriuntur
Nullos sine pari mors facit esse pares
Nemo nil valet hic nichil hic insignia rerum
Regna non faciunt nec medicamen habent
Gloria nulla potest in mundi rebus haberi
Nec quo se mundus nunc tuetur habet
Esse quod omnis honor onera comitantur adheret
Est onus in fine maius honore manens
Cum magis excelsus fueris magis ardua moveris
Dona nam precepts gloria vadit iter
Est hominis vita quasi milicies reputanda
Bella super terram nam tua semper agit
Ater qui per metuum belli timebit inermis
Sepius inermis stultus ipse cadit
O rex ergo tibi bene providens quod armis
Dic sic ubi nescis alta vel yma petens
Omnia leta vale tibi sunt diadema memento
Pauperis et regis exitus unus erit
Nam nemo per se subsistere nemo sufficiunt
Secum poterit claudere fine diem
Ut te de mundo moveas bonus esse beatus
Incipias ipsi te sacra scripta monent
Ut fugias demens scelerum te flentibus orna
Nomina virtutum hec ...
Moris ab egipto velim terrena tenebis
Ad patriam vite dum properare studes
Esto memor quod sis factus ... virgo
Cur ut ei similis nunc sequaris eum
Expedit ergo tibi ... virtutibus illum
Qui te formidant ... reverentur amici
Tam regis operum rex ... quod tibi vitam
Suppleat et mortem ... ipse tuam
Hec est que tibi ... bona vel mala sic et habeas
Et tamen in melius dirigat eo deus
Hic in fine regis ... concludit dicens quod sicut ... sue
libertatis privilegio sublimatur et inde coram populo dominatur

magnificus astabit. ita ad omnes sui regiminis cui deus vicia supplantare ... iustum et similem se presentabit et non aliter stabit regnum quod rex variabit.

Cap.m xviij

Regia maiestas veneracio est super omnes.
Dum probus in regno rex regit acta suo.
Ipse deum primo placat populumque secundo.
Corda trahit mundum sic habet ipse bonum.
In terra pacem sentitur et inuenit illam.
Quo tenet regnum possidet ante deum.
Sic magnus mundo viuus. set maior olimpo.
Mortuus in christo regnat vtroque loco.
Ista bono regi bona de bonitate superni:
Adueniunt aliter non ita stabit iter.
Si quis rex sit vanus sit auarus sit que superbus
Eius regnum torquet terra subacta dolet.
Omne quod est regi placitum non expedit illi:
Nec sibi iura volunt absque rigore licent.
Iura potest regis pro tempore ferre potestas
Sana tamen finis comprobat acta satis.
Si positum lance sit onus cum regis honore.
Non honor est tantus sicut habetur onus.
Rex sibi commissas regni componere leges
Debet, et a nullo tollere iura viro
Nunc tamen in plebe vox est quod deficiente
Lege: dolus iura vendicat esse sua.
Sic bona iusticie fructus corrupta subintrat et inde:
Instat occultam lex hodierna fidem.
Quo lex decessit error sibi regna recessit.
Unde decet regem ponere iuris opem.
O rex ergo tui [illegible] [illegible] regni.
Et rege discretus que tibi suadet opus.
Predicta restauros communia iura que leges.
Ad regnum reuoca. [illegible] et omne fuga.
Si tibi subiectum [illegible] committere regnum.
Tu prius in christo fac obedire deo.
Postque tuum populum stabilem tibi pacificatum
Non vi terroris fac set amore magis.
Corda tue plebis ita [illegible] pacienter habebis
Nobilis in regno stabis vbique tuo.
Virtuteque tuas leges mixtas pietate gubernes
Cuncta tue laudi gesta feruntur ibi.
Si tamen [illegible] rigidus tua vereris [illegible].
Terret se populus qui solet esse tutus.
Sic tibi rex stabis pro tempore nuncque futuro.
Semper in ambiguo sors [illegible] [illegible].

Quia prout de communi voce audistis modernorum condiciones per vniuersitatem orbem erroribus vbique inuoluuntur. nunc de istis condicionibus qui nos precesserunt precipue in statua que regi [illegible] est vniuersitatem sub exemplis figuratam consequenter videamus.

Cap. xix.

Quam cadunt omnes agimur ab ipse gradus
Marcescunt flores defluit extra seges
Que rosas germinat desistit reddere grana
Prima tamen deo temporis gemmamque modo
Qui color albus erat nunc est contrarius albo
Pallet et hec gemma que rutilare solet
Nunc est ipsa Babilon super urbes nobilitatur
Nec minimus est fidei talis ut obstet ei
Celestisque nove virtus iacet obruta sponsus
Et Synagoga quasi fit modo sponsa dei
Nunc istos veteres constat nec habere sequaces
Omnes set mores preteriere boni
Qui mali fuerant tunc temporis ecce revivunt
Unde consimilis mox fit in orbe malis
Decidit in mortem Abel iustus surgit et ille
Nembrot in arce Babel spernit et ipse deum
Mortuus estque Iaphet operit patris ipse pudenda
Set modo deridens Cham patefecit ea
Mortuus est Abraham fidei primordia querens
Belus adestque deos fabricat ipse novos
Mortuus est Ysaac ortu genitus ipse beatum
Set modo degenerans Ismael obstat ei
Mortuus estque Ioseph erat ille pudicus et [illegible]
Nunc sequitur carnem cuius amore fuam
Mortuus est Moyses veteri de lege refulgens
Transgrediens Aaron vivit in orbe tamen
Quem deus elegit Aaron mors morte subegit
Fines et mundi dat Dathan Chore
Mortuus est currum celum qui scandit Helias
Inferni qui meruit vivit et ipse Sathan
Incedens moritur vivit nec in orbe secundus
Qui modo veridicus audet obesse malis
Nam Ezechias super omnes esse prophetas
Vendicat et cunctis nunc famulantur ei
Est nec Heliseus Naaman neque fit modo sanus
Vult tamen ex Giesi sumere dona sibi
Evolat ex archa modo nec redit ipsa columba
Cuius cum corvus nunc regit ipse vices
Sic capit exemplum nullus de lege vetusta
Quo testamentum desinit ecce novum
Dic ubi sunt illi qui nuper in ordine Christi
Rebus et exemplis dogmata sancta dabant
Mortuus est Petrus set liberius modo cuius
Custodit portas Simon in arce magis
Nuper conversum de Saulo sensimus Paulum
Saulum de Paulo nuncque redire scio
Gregorii scripta verbis sermonem iubentis
Nostris set factis ipsa negata damus

Martinum sequimur comune set omnis auree
Nos surdis gemimus quo bona nulla damus
Hic ubi deffinimus alter sit in orbe Thobias
Hic ubi vel pietas corda modernam movet
Adverso placens converso tempore mitis
Job fuit et stabili mente remansit idem
Nunc tamen econtra de prosperitate superbit
Omnis et adverso tempore murmur agit
Ordinis instructor nunc mortuus est Benedictus
Set Julianus adhuc vivit et obstat ei
Ffallit sal certe non est in quo salietur
Ffetet ob hoc anima cuiuslibet carnis olens
Non moritur granum manet in se set modo soli
Decipit et terram carduus vastat eam
Non manet in vite modo palmes sic neque fructus
Ffert ea set sterilis sicca arundinea manet
Lux perit a phebo stellarum lumine versa
Et sunt eclipsim subeunt luna simul
Nunc novus est Arrius novus est quasi Jovinianus
Dum plantant heresim [illegible] dubitare faciunt
Ecce diem noctem dicunt tenebras quoque lucem
Injustum rectum sic perit omne bonum
Hic tractat quod [illegible] virtuosis nunc in celestia existentibus
succedunt viciosi super mundi potentes omnis iusticie imper
te probitate famosis succedunt modo illi qui neque divine
neque humane sanctionis digne efficiuntur ...

Cap. iii
·xx·

Legis divine sic auctores abiere
Sic proceres mundi nunc abiere probi
Mortuus est iustus Traianus et ecce tirannus
Justa statuta modo reprimit ipse Nero
Conditor et legum nunc Justinianus abivit
Set Dionisius has dampnat habere suas
Mortuus est castus probus atque Valentinianus
Tarquinius sceptri nunc regit acta sui
Largus Alexander moritur rex nunc opimus
Et modo successit Cresus avarus ei
Mortuus ille pius est Constantinus et ecce
Antonius solio nunc sedet ipse suo
Ecclesie cultor Theodosius ipse recessit
Successitque Leo solvere vult et eam
Institutor fidei Constancius acta probavit
Tiberius modo deperit alma fides
Mortuus est Julius qui regna subegit in armis
Et Romam statuit omnibus esse caput
Mortuus est Hanibal per quem Cartago vigebat
Iamque neque Cartago set neque Roma viget
Hector in ense suo qui neque erat memorandus
Nunc magis est Helenus bella timente paviens

Corruit Hector pro quo surrexit inermis
Tersitesque suus uiuiger ensis ope
Mortuus est sapiens Salomon Roboamque reuiuit
Quo superarunt iuuenes prouecta uetera seniorum
Desiit amor Ionatheque Dauid modo dissociatus
Et odiosus fuerit inuidus ipse Saul
Consilium hic omni modo positionem mulierum
Dumque Dei uiciorum gratia linquit eum
Nunc nigromantiam possidet cor phitonis
Sentit amicam Dei nec timet inde Deum
Sic redit in uulnus nullo medicamine curare
Que prius et tenuit sors uniuersa peior habet
Consilium prauum nunc creditur Achitofellis
Consuluit et Cusai quis nempe credit ei
Annuit atque Ioab nimium nam necat Abner
Nec sibi cum rege quem fuit esse parem
Qui fuerat iudex Cato iustus ab urbe recessit
Pilatusque loco inficit ore suo
Nunc occisus Abel iustus fratris perit ense
Approbat hoc licitum lex tamen esse modum
Nunc Mardocheum suspensum certus set Aman
Eripitur iniquo lex fuit ista modo
Nunc iterum Christus sine culpa fit crucifixus
Et Barrabas latro liber abibit eo
Sic cedit et stratum ius nescit noscere iustum
Nec uirtus animi nam regit acta uiri

Hic loquitur adhuc ulterius super eodem qualiter loco eorum qui nuper casti fuerunt et constantes surrexerunt modo [illegible] qui huius seculi uanitatem concupiscentes pudicicias om funditus penitus amiserunt ..

Capitulum ·xxi·

Mortuus est uera Socrates uirtute refulgens
Dispensare quibus nunc Epicurus adest
Omnia relinquendo nunc mortuus est Diogenes
Uanus et hunc mundum nunc Aristippus habet
Mortuus est corpus castigans uirgo Xenocrates
Mechus et adulterius uiuit in urbe modo
Mortuus est Troilus constanter amore fidelis
Atque Iasonis amor nescit habere fidem
Solo contenta moritur nunc fida Medea
Fictaque Criseida gaudet amare duos
Estuat in lumbis uestra Semiramis et nunc
Uix si Cassandra casta inuenire queat
Mortua Penolope sic est Lucrecia Rome
Et regnant Circes atque Calipsa pares
Quomodo Iustina liuoris que spreuit iniquos
Transiit et Thaisis fit resipiscens magis
Nunc amor est pueris communis in orbe quietis
Ut sine nunc bello quisque fruatur eo